Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

amicitiabo · et consitabo pro pec
cato meo Inimici autem mei
viuent et confirmati sunt super me
· et multiplicati sunt qui oderunt
me inique Qui retribuunt
mala pro bonis detrahebant
mihi · quia sequebar bonita
tem Non derelinquas me do
mine deus meus · ne discesseris
a me Intende in adiutorium
meum · domine deus salutis mee
Reuela domino viam tuam et
Spera in eo et faciet · et educet iustitiam tuam
Miserere ad laudes
mei deus · secundum
magnam misericordiam tuam Et
secundum multitudinem miserationum
tuarum · dele iniquitatem meam
Amplius lauame ab iniqui
tate mea · et a peccato meo munda
me Quoniam iniquitatem meam
ego cognosco · et peccatum meum
contra me est semper Tibi so
li peccaui et malum coram te feci
· ut iustificeris in sermonibus
tuis · et vincas cum iudicaris et
Ecce enim in iniquitatibus con
ceptus sum · et in peccatis concepit
me mater mea Ecce enim ve
ritatem dilexisti · incerta et oc
culta sapientie tue manifestasti
mihi Asperges me domine
ysopo et mundabor · lauabis me
et super niuem dealbabor Au
ditui meo dabis gaudium et
letitiam · et exultabunt ossa humi
liata Auerte faciem tuam a peccatis
meis · et omnes iniquitates meas
dele Cor mundum crea in me
deus · et spiritum rectum innoua in vi
sceribus meis Ne proicias me
a facie tua · et spiritum sanctum tuum ne
auferas a me Redde mihi letitiam
salutaris tui · et spiritu prin
cipali firma me Doceb
iniquos uias tuas · et impii
ad te conuertentur Libera me
de sanguinibus deus deus salutis mee
· et exultabit lingua mea iustitiam
tuam Domine labia mea aperies
· et os meum annunciabit laudem
tuam Quoniam si voluisses sacri
ficium dedissem · utique holocau
stis non delectaberis Sacri
ficium deo spiritus contribulatus ·
cor contritum et humiliatum deus non
despicies Benigne fac domine
in bona voluntate tua syon ·
ut edificentur muri ierusalem Tunc
acceptabis sacrificium iustitie
· oblationes et holocausta · tunc
imponent super altare tuum vitulos